

---

## Conclusiones logicae et morales.

**Numéro d'inventaire** : 1979.06591

**Auteur(s)** : Gabriel Osmont d'Aubry

**Type de document** : affiche

**Éditeur** : non renseigné (Lisieux)

**Période de création** : 3e quart 17e siècle

**Date de création** : 1654

**Description** : Une feuille aux bords dégradés. Déchirures au niveau de la pliure médiane, partiellement réparées par du ruban adhésif. Taches brunâtres en divers endroits. Coins abîmés. Estampe dans la partie supérieure. Texte imprimé dans la partie inférieure, sans cadre.

**Mesures** : hauteur : 470 mm ; largeur : 350 mm

**Notes** : Affiche annonçant les thèses de philosophie (logique et morale) que doit soutenir Gabriel Osmont d'Aubry le mardi 11 août 1654 à Lisieux. Les thèses de logique se fondent sur la doctrine aristotélicienne, et définissent la logique, les catégories, le langage, le syllogisme et la démonstration. Les thèses de morale définissent son domaine d'application et ses divisions, son objet, les facultés morales et le libre arbitre. L'estampe représente Marie avec dans ses bras l'enfant Jésus tenant une rose à la main.

**Mots-clés** : Affiches de thèses et d'exercices publics

**Filière** : Université

**Niveau** : Supérieur

**Nom de la commune** : Lisieux

**Nom du département** : Calvados

**Autres descriptions** : Langue : Français

Nombre de pages : 1

ill.

**Lieux** : Calvados, Lisieux



# SAPIENTIAE NVTRICI.

## CONCLVSIONES LOGICÆ ET MORALES.

**A**RTIFICIIORUM & Academicorum habitationem. Habetur Philosophia; rerum diuinarum, & humanarum scientia. Eius Author Deus. Instrumentum, ens rationis. Etiam chimericum. Non fit à sensu, vel appetitu sed ab intellectu creato directè, à diuino indirectè.

**L**OGICA est scientia practica & ars; obiectum habens operationes mentis rectè formandas; scientiis perfectè comparandis absolutè necessaria; docens, vel vtens vnus realiter habitus.

**S**VPRA NATURÆ vniuersales in multis. Vniuersalitas est à mente, vt & graduum Metaphysicorum distinctio. Quinq; sunt vniuersalia. Multæ species vltimæ, imprimis homo. Indiuiduum non est sextum vniuersale.

**G**ENVS seruat in vnica specie, species in vnico indiuiduo. Differentia vna & simplex vit absolutè perfectam speciem, sed multarum coæcuationem. Nullum genus includitur in differentis diuisiuis. Proprium quarto modo est quartum vniuersale. Accident commune est quod adest & abest sine interitu subiecti.

**C**ATEGORIA in Lyceo decem. Ens Deo & creaturæ, substantiæ & accidenti nec genus, nec vniocum, sed analogum vt & accidens respectu nouem generum. Substantia Cælum, Angelos, astra, Christum Dom. cõplectitur, non Deum.

**Q**VA NTI TATIS essentia, extensio partium extra partes. Relationes reales sunt in creatis. Distinctio à fundamentis extrinsecè, non intrinsecè realiter. Multæ creaturarum ad Deum, nullæ Dei ad creaturas. Qualitas est id vnde aliqui quales appellantur.

**V**OCES humanæ sunt signa rerum, & conceptuum partim naturalia, partim arbitraria. In prima mentis operatione veritas occurrit; imò & falsitas, si obiectum sit complexum. Contradictorium de futuro contingente, altera vera, altera falsa determinatè, rar non absolutè.

**S**YLLOCISMVS est, oratio &c. Nulla ratiocinatio est efficax nisi reducatur in syllogismum. Demonstratio paritur scientia, non excitatur remissentiâ.

**D**EMONSTRATIO est syllogismus scientificus. Est *diis*, vel *na*. Illa sola perfectæ. Scientia est cognitio rei necessariæ per propriam causam. Non est rerum fortuitarum, vel solo sensu cognitarum. Totalis non est vna qualitas simplex, sed multarum cætus.

**F**IDES, & opinio cum scientiâ reperiuntur in eodem intellectu de re eadem. Habitus principiorum scientiæ ex sensu oritur non nobiscum nascitur. Is est intelligentia, scientiâ ex quæsitio.

**E**ST morum doctrina; scientia practica simul & prudentia. Eius obiectum actiones humanæ honestè formandæ. Auditores etiam iuuenes, etis minus idonei. Partes Moralitica, O Economica, Politica.

**B**ONVM est quod omnia appetunt. Appetibilitas, affectio boni sic propria, vt malum amari nequeat. Naturæ & fortunæ munerata sunt verè bona. In officijs vitæ omne vitale honestum, omne honestum vitale.

**F**INIS omnis bonus, non omne bonum finis. Omnia finem appetunt. sola rationalia formaliter: vltimum singulis actibus. Eundem, at in diuersis. Nunquam duos simpliciter vltimos.

**O**BIECTI VA beatitudo Deus. Formalis actio rationalis animi secundum virtutem perfectam in vita perfectâ. Ante obitum beatus quis dici potest; at imperfectè. Beatitudo perfectæ est alterius vitæ; clara Dei visio & amor consummatus.

**N**ON extat summum malum; sua tamen est homini miseria: Improbis consummata, non paupertas. Imo inferior diues improbus, quam improbus pauper.

**F**ACULTATES morales, Intellectus, Voluntas, Appetitus sensitius. In intellectu est synderesis, & conscientia. Hæc extingui potest, illa nunquam. Voluntas mouet alias ad agendum. Mouetur semper ab intellectu; sæpè, ab appetitu.

**V**OLUNTARIVM est in pueris & belluis. Voluntas cogi potest ad actus imperari solitos, non ad elictos. Quæ sunt ex ignorantia, si dolor sequatur sunt inuoluntaria. Quæ ex concupiscentia, magis voluntaria. Quæ ex metu maiorum malorum, mixta ex voluntario & inuoluntario, at voluntatis similia.

**L**IBERVM arbitrium inest homini, non brutis. Definitur, facultas indifferens ad opposita positis ad agendum prærequisitis. Eius sedes, voluntas; radix, intellectus. Sine iudicio practicè practico non agit. Ad bonum, & malum extenditur. Nullam necessitatem patitur. Omnisio pura voluntaria libera possibilis.

**H**A BITVS actiui sunt in voluntate, appetitu sensitio, intellectu; non in potentis motrice, nec in brutis. Producentur per primos actus. Intendantur per solos intentiones.

**E**LECTIO est actus voluntatis. Ex duobus bonis æqualibus vnum eligi potest. Ex inæqualibus minus. Passiones, temperet sapiens, non extirpet.

Propugnabit, Deo aspirante, GABRIEL OSMONT D'AVBRY Lexouiensis, Die Martii II. Augusti Anno Domini 1634. ab hora nona ad meridiem.

Oppugn. lect. condisc. } CLAVDIVS LE TELLIER Palefanus, MICHAEL FILLEVL D'ORVILLE Lexouiensis, } & alij qu. libueris.  
FRANCISCVS DESCHESNETZ Rothomag. } FRANCISCVS DE MONTYREAV Perticensis. }

Arbiter erit IACOBVS DESPERIERS Licent. Socius Sorbonicus, Gymnasiarcha Lexouanus.

IN AVLA MAIORI LEXOVIÆ.

